Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxxxiiij 84

tam crimina die mensis huius
immolabitque ei omnia sua multa
quod filioque illi adulpera. Et
sumet de sanguine ac ponet super
utriusque postem. et in super limi
nariis domorum in quibus co
medent illum. Et edent carnes
nocte illa assas igni. et azimos
panes cum lactucis agrestibus.
Nõ comedetis ex eo crudum
quidem nec coctum aqua. sed assum
tantum igni. Caput cum pedibus et
ut ceribus vorabitis. et os
eius nõ cõfringetis. nec remanebit
ex eo quicquam usque mane. Siquid residui fuerit igni cõ
burietis. Sic autem comedetis il
lum. Lumbos vestros accingetis cal
caamenta habentes in pedibus
tenentes baculos in manibus.
et comedetis festinantes. Est
enim phase id est transitus domini.
Eripe me domine ab homine malo a
ue, vero iniquo libera me. Qui cogita
uerunt malitias in corde tota die cõsti
tuebant prelia. Acuerunt linguas suas
sicut serpentes venenum aspidum sub
labiis eorum. Custodi me domine de ma
nu peccatoris et ab hominibus iniquis libera
me. Qui cogitauerunt subplantare gressus meos absconderunt superbi
laqueum mihi. Et funes extende
runt in laqueum pedibus meis iuxta iter
scandalum posuerunt mihi. Dixi
domino deus meus es tu exaudi domine vo
cem orationis meae. Domine domine vir
tus salutis meae obumbrasti super ca
put meum in die belli. Ne tradas
me a desiderio meo peccatori cogitauerunt
adversum me ne derelinquas me ne quo
quam exaltentur. Caput circuitus eorum
labor labiorum ipsorum operiet eos.
Verumtamen iusti confitebuntur nomi
ni tuo et habitabunt recti cum vultu
tuo. Quo finito legat. Pallio
dum nunc ihesu xpe sedens iosieu
absque benedictione et salutatione
ante et post gaudio in apies
ita. Egressus ihesus. Et fuit due syn
dones sibi invicem coherentes
super altare sub cenum. et ideo loco
ubi legit. Parvula fuit vestimenta
mea sibi. scandat eas duo a colu
mnis modum se furatus et secum au
Egressus ihesus cum discipulis suis
coerente eodem ubi e
rat ortus. in que introuit
ipse et discipuli eius. Sciebat
autem et iudas qui tradebat eum
locum. quia frequenter ihesus con
uenerat illuc cum discipulis
suis. Iudas ergo cum accepisset
cohortem. et a pontificibus et
phariseis ministros. venit illuc
cum laternis et facibus et armis.
Ihesus itaque sciens omnia que ven
tura erant super eum. processit et
dixit eis. Quem quaeritis. Re
spondit ei. Ihesum nazarenum. Dicit
eis ihesus. Ego sum. Stabat autem